



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio VI. De Prudentia in Confessario requisita quoad observandas  
Circumstantias peccatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

levis, est peccatum veniale, levis  
namq; injuriæ & pœnæ, denotant  
ve delictum, cum levi virtutis oppo-  
sitione Barthol. in Instruct. Confess.  
p. 106.

QUÆSTIO VI.

De Prudentia in Confessario requisita  
quoad observandas circumstan-  
tias peccatorum.

Vicar. Quid datur intelligi per  
circumstantiam peccati

Sac. Accidens, vel quædam conditio  
non pertinens ad substantiam actus  
sed aliquo modo comitans ipsum ac-  
tum, seu circumstans peccatum.

V. Nunquid observantur diversæ?

S. Ordinariè notantur sequentes, ve-  
licet: *impertinentes*, quæ nec minu-  
unt, nec augent peccatum, & per con-  
sequens in Confessione explicanda  
non sunt; *mutantes speciem*, quæ po-  
nunt malitiam specie distinctam à ma-  
litiâ actionis, quam comitantur; *no-*

tabiliter aggravantes, quæ esto speciem peccati non mutant, illud tamen reddunt gravius.

U. Proponatur in exemplo circumstantia *impertinens*.

S. Occidere, vel fornicari de nocte, vel potius noctu, quàm de die &c.

U. Dicatur circumstantia *mutans speciem?*

S. Fornicari cum consanguinea, vel etiam furari eodem animo occidendi proximum, ubi malitiæ furti & luxuriæ adjiciunt circumstantiæ alias speciei diversas, ut *incestus*, & pravi affectus ad perpetrandum *homicidium*.

U. Proponatur etiam circumstantia *notabiliter aggravans*.

S. v. g. Fornicari ipso die Sac. Communionis.

U. Nulla ultrà occurrit menti?

S. Scio etiam à Theologis nominari circumstantiam *diminuentem* respicientem vel *ignorantiam*, vel *concupiscentiam*, vel *metum*, aut *vinum*.

U. Er-

U. Ergo ignorantia diminuit peccatum.

S. Minuit, & etiam excusat.

U. Hac responsio insinuat aliquam ignorantiae divisionem?

S. Ità est, proinde non ignoro tres ignorantiae species, videlicet: *invincibilis, crassa, & affectata.*

U. Declara *invincibilem.*

S. Hac ignorantia ( quae excusat à peccato ) respiciendo ipsum terminum adjectum est illa, quae adhibito omnino conatu, & studio possibili vinci, superari nequit.

U. Quae *crassa*?

S. Illa, quae laborant negligentes investigare ea, quae scire, ac investigare tenentur.

U. Adverto hanc ignorantiam non tollere omnimodam cognitionem.

S. Semper relinquit aliquam advertentiam, dubium, aut scrupulum, ità ut quis posset magis penetrare cognitionem rei ignoratae, si requisitam adhiberet diligentiam.

U. Et

U. Est igitur voluntaria & culpabilis?

S. Ità: peccatum tamen minuit, cum ponat obscuritatem in intellectu, non valente cum illa habere advertentiam, & considerationem perfectam totius malitiæ, quæ inerat peccato.

U. Declara affectatam.

S. Hæc ultra studiosam negligentiam ponit ipsum voluntatis affectum nolentis intelligere, idcirco potius delictum auget, quam diminuat.

U. Hæcne adæquata fuit ignorantia divisio?

S. Scio etiam celebrem esse divisionem ignorantia in ignorantiam *Juris*, & ignorantiam *facti*.

U. Placet audire declarationem utriusque.

S. Ignorantia *Juris* tunc evenit, quando quis nescit Jus præcipiens, aut prohibens, ut si quis nesciat, quod in Jure excommunicentur Clericorum percussores, dicendus est laborare ignorantia *Juris*; ignorantia verò *facti* tunc  
etc.

evenit, cum quis scit quidem se  
 communicatum percutiendo Cleri-  
 que probabiliter novisset esse Cleri-  
 ignorat nihilominus, an ille quem pe-  
 cussit, sit Clericus; quod si utrumque  
 ignoraverit, dicendus est habere  
 ignorantiam *Juris & facti*. Adverto etiam  
 nomine *Juris* intelligi, & *Jus naturæ*  
 & *positivum*, & etiam quodcunque *præ-*  
*ceptum Superioris*.

*U.* Cur in responsione tua interpolasti  
 ista: *quem probabiliter novisset esse Clericum*?

*S.* Propterea: quia ex communi Theo-  
 logorum doctrina habeo, Canonica  
 Censuram non incurri ab eo, qui pec-  
 cussit Clericum, probabiliter ignorans  
 esse Clericum, uti contingeret respec-  
 tu Clerici beneficiati, qui larvatus  
 per civitatem incedere præsumeret.

*U.* Sit hoc additamentum benè datum,  
 cur autem declarando ignorantiam af-  
 fectatam dixisti, eam potius delictum  
 augere, quam diminuire, cum tamen  
 commune sit, ignorantiam liberta-  
 tem

tem minuere respectu illius, quod ignoratur, & consequenter etiam minuere de gravitate actûs?

S. Non percipio quomodo ignorantia directè volita & affectata ad liberiùs peccandum, utpotè ratione affectionis augens voluntarium, habeat minuere peccatum, siquidem peccatum tunc oritur ex voluntate magis affectata, & inclinata ad malum, nec aliter voluntas ignorantiam affectat, quàm ut liberiùs peccet, & peccans directè ac principaliter fertur in peccatum, in ignorantiam verò, ut in medium ad liberiùs peccandum.

U. Estnè hoc imperceptibile, quòd ignorantia affectata peccatum minuere valeat?

S. Si ortum ducat ex errore, in aliquo existimante se sic DEO magis placere, id est: operando ex ignorantia affectata, non contrarior huic decremento, aut diminutioni, quemadmodum interpretatur *Angelicus* illud *Doctoris*  
Gen-

*Gentium: misericordiam consecutus  
quia ignoranter feci.*

*U.* Etiamnè ex ignorantijs supra  
tis *Juris & facti* aliqua excusat?

*S.* Respiciedo regulas *Juris*, ignorantia *facti alieni*, maximè publica, ignorantibus comunitè omnibus factis excusat, similiter & privata, ignorantem uno ob absentiam, vel aliam justam causam. Ignorantia verò *Juris* excusationem non admittit, nisi in personis privilegiatis, in casibus à Jure tantum expressis, vel nisi obscuritas *Juris* interveniret, vel denique nisi fuerit invincibilis, hæc enim utpotè inculpabilis sive fuerit *Juris* sive *facti* excusabit.

*U.* Audio quendam Confessarium cuiusdam Marito pœnitenti, qui per ignorantiam *Juris* fuit Patrinus Filij sui, dixisse, quòd propterea jus petendi debitum ab uxore non perdiderit, nec inter eos orta sit spiritualis affinitas, hujusmodi petitionem impediens, quid hoc?

*S. Lo-*



Locutus fuit juxta Navar. qui in *Ma-*  
*mal.* suo c. 16. n. 42. tangendo, an ig-  
norantia *Juris* excuset? respondet ex-  
cusare in *materia favorabili*, & quia  
Matrimonium favorabile, seu favore  
dignum est, benè mihi videtur dixisse  
Confessarius ille.

U. Data est occasio discurrendi de te-  
nebris ignorantiae, proinde quæro à  
te, quantum existimes conatum aut  
diligentiam sufficere, ut resultet ig-  
norantia *invincibilis*?

S. Existimo requiri diligentiam mora-  
liter possibilem, exclusâ omni dubie-  
tate.

U. Circa quæ autem dari potest?

S. Certè circa prima principia natura-  
lia universalissima, aut speculativa  
non; imò benè dicitur: neq; dari ig-  
norantiam *invincibilem* præceptorum  
naturalium, qualia sunt præcepta *co-*  
*lendi DEUM*, *honorandi Parentes &c.*  
utpotè facilè deducibilium ex primis  
principijs; Quantum verò ad alia præ-  
cep-

cepta Dacalogi, admittitur ignorantia *invincibilis*, sed ad breve tempus. Si de alijs autem, de quibus communiter non docemur, potest esse ignorantia *invincibilis* longiori tempore v.g. se fe-  
*liquis contractus sit usurarius?* & auctori-  
 tiori datur ignorantia *invincibilis* *positiva*, & cujusvis facti in partibus, etiam contra legem naturalem. Adhuc alio declinare nolo, verum audire desidero, annon ultra se diffundat ignorantia in genere moris?  
 S. Si audire placet divisionem illam quam specialiter observant Theologi complectitur ignorantiam *antecedentem*, *concomitantem*, atque *consequentem*, & in hac ultima clauduntur ignorantia *suprà tacta*, *affectata*, & *crassa*.  
 U. Quæ *antecedens*?  
 S. Illa, quæ antecedit actum voluntatis, & est causa illius, non *positiva*, sed *negativa*, *removendo prohibens*, quæ voluntas affecta hac ignorantia, ita quidem operatur, sed si esset sciens, nunquam sic operaretur.

ur igno. Proponatur in exemplo.  
ve tenet. Sit pro exemplo occisor, qui post  
omni adhibitam sufficientem diligentiam o-  
ignoperatur occidendo amicum, putans es-  
e v.g. se feram, quem nunquam interfecit.  
& aget, si scivisset esse amicum.

ibili. U. Quae est ignorantia *concomitans*?  
partit. S. Quae actum voluntatis concomita-  
ratur, ita tamen, ut si ipsa non esset, &  
o, ver adesset scientia, adhuc voluntas ope-  
se diffi ratur, & quidem alacrius, ut dum  
is? quis occidit inimicum, putando esse  
n illan belluam.

neolog U. Videtur haec ignorantia non excu-  
sare a peccato.

tecedat S. Prolatum verbum *videtur* hic non  
sequer est significativum veritatis, semper ig-  
rigno norantia *concomitans*, ut talis, excu-  
crasso sat a peccato.

olunta U. Quid si operatio facta ex ignoran-  
va, se tia merè *concomitante* ratificetur per a-  
qui etum complacentiae consequentem?

a, ita S. Dico tunc in se quidem non esse pec-  
ciens, catum, sed ut volitam volitione illa  
Pro. consequente. U. De-

*U.* Demus casum, factum esse homicidium ex ignorantia merè concomitante, quid tunc dicendum pœnitenti?

*S.* Dicerem homicidium istud in conscientia neq; irregularitatem, ne excommunicationem induxisse, ut non peccaminosum.

*U.* Si tamen quis per conscientiam erroneam teneret se esse verè irregularem?

*S.* Maneret talis usq; ad amotionem conscientie erronee, dispensationem verò petere necesse non habet, quia nunquam fuit verè irregularis.

*U.* Quid tandè ignorantia consequitur?

*S.* Illa quæ voluntatem consequitur tanquam effectus, semperq; est culpabilis.

*U.* Quæro, utrùm passio perturbat iudicium hominis, ità tamen, ut relinquat adhuc satis advertentia & hominis pro cognoscenda malitia actionis, excuset?

*S.* Non excusat, licèt peccatum dimittatur.

quod in quantum semper aliquid de perfecta cognitione tollit.

U. Quantam resistantiam putas requiri respectivè ad vim, ut locum habeat excusatio à peccato?

S. Existimo requiri, ut contra vim absolutam voluntas agat interiùs quantum potest, vel quantum debet, ad impediendum consensum, & exteriùs in membris sit actui peccaminoso, ad quem quis impellitur, resistantia pro possibili.

U. Verumnè est, metum gravem, & cadentem in virum constantem, excusare peccatum?

S. Non excusat delictum contra præceptum naturale negativum, ut esset v.g. *furtum*, *fornicatio* &c. imò neque excusat peccatum contra præceptum naturale affirmativum, mandans majus bonum, quàm sit, quod timetur amitti.

U. Sit timor inclusus in contemptum legis Divinae, aut humanae Ecclesiasticae?

S. Re-

S. Respicio factum Eleazari, & quas  
 non excusare ab observatia talis fessi  
 U. An forte tyranno in contemplic  
 legis tibi mortem minanti, si je tant  
 um non fregeris, jejunare obligab litia  
 S. Obligabor etiam cum illo peric min  
 quia bonum Religionis praestat v S. It  
 U. Sed non difficultaberis decli cidit  
 ab observantia pracepti Divini, v stant  
 tiam humani, praecipientis min cum  
 num, quam sit bonum, quod tim quia  
 amitti? tolli  
 S. Non: scio enim Davidem come spec  
 se panes propositionis, nè fame p U. Id  
 ret, & ultra observo, etiam met am tr  
 cadentem in virum constantem mort  
 intrinseco vel ab extrinseco incussu S. Ser  
 excusare quandoq; ab observantia decessa  
 cujus pracepti naturalis affirmativa, geret  
 pracepti de restituendo, vel subveni U. D  
 endo extremè indigenti, ista enim  
 non obligant cum tanto rigore cum  
 U. Regrediamur ad circumstantias fetiam  
 pra relatas, & quidem primò ad illa scenc  
 qu

requi.

ari, & quas Sac. Concil. Trid. decernit in Con-  
a talis fessione explicandas, quæro: num ex-  
ntemp plicandæ sint circumstantiæ, quæ mu-  
, si pe tant speciem, non solùm augendo ma-  
bligab litiam, sed etiam quæ mutant speciem  
pericu minuendo malitiam?

stat v. S. Ità est, & ideò dico, si quis v. g. oc-  
decli cidisset Clericum ignorans circum-  
ini, ve stantiam Clericatûs, debet hujus cir-  
minu cumstantiæ ignorantiam explicare,  
d tim quia per illam in commisso homicidio  
tollitur una specifica malitia, nempe  
come species Sacrilegij.

me pe. U. Idemne sentis quoad circumstanti-  
n met am transferentem actum de veniali in  
ntem mortalem?

ncuffi. S. Sentio & hanc circumstantiam ne-  
ntia cessariò explicandam, qualis contin-  
nativi geret in furto unius acûs pauperi sar-  
subver tori.

ta em. U. Declarasti suprâ conceptum cir-  
cumstantiæ mutantis speciem, dicito  
ntias etiam nunc, quis modus sit cogno-  
d illa scendi ejusmodi circumstantiam?

qu  
D S. Quan-

S. Quando advertetur unico actu quem transgressum fuisse diversa precepta, habentia diversitatem finis, sive savorum &c. facile cognoscetur circumstantia mutans speciem, fit in exemplo furtum rei sacræ, quo fit transgressio precepti de non furando, & aliud, quo obligamur venerari res sacræ.  
V. Ergo fur ille obligabitur dicere Confessionem: accuso me de furto sacræ.

S. Ità est.

Q. Estne aliquid assignabile in quo comprehenduntur circumstantie mutantes speciem, vel etiam aggravantes peccatum?

S. Vulgaris est versus ille: *quò, quò ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo quando.*

V. Dignus est, ut per specialem Confessionem explicetur.

S. Paratus sum explicare singulas de versus partes.